



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

34. An Pontifex validè possit sibi reservare absolutionem casus, &
excommunicationis etiam in articulo mortis. Ex quo infertur reservationem
factam à Papa absque causa valere respectu omnium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

In ordine ad Sacramenta. Res. XXXIII. & c. 41

7. Loquendo autem de facto, licet apud Religiosos aliquando referata fuerint peccata etiam interna; Pontifex tamen nunquam ea sibi referunt: neque etiam Episcopi communiter consueverunt ea referuare. Si aliquis autem Episcopus aliquod peccatum internum propter eius specialem grauitatem referuaret, v. g. heresim internam, propterea dicitur referuasse, valida erit referuatio. Sot. tamen *disp. 18. q. 2. art. 5.* reprehendit acriter talem referuationem. Et quidem raro expedit, maxime si non solum confessatis delegatis, sed etiam habentibus iurisdictionem ordinariam immediatam negetur potestas absolueendi. Referuatio enim exigat, ad hoc, vt prudenter fiat, necessitatem coercendi, aut adhibendi remedium speciale, quod ad peccata merè interna communiter non reperitur: quia si peccator reuera non corrigitur, & emendatur, citò progredietur ad actum exterium, ratione cuius referuari poterit. Et hæc omnia præter Doctores citatos docet etiam Cardinal. Lug. *de pœnit. disp. 20. sect. 2. num. 13. & 14.*

RESOL. XXXIII.

An Pontifex possit referuare omnia peccata mortalia externa.
Et an hoc v. aliis, licet illicitè facere possit? Ex part. 8. tit. 1. Res. 54.

§. 1. Negat Bordonus in *consil. Regul. tom. 1. resol. 73. numer. 10.* Quia Papa tantam potestatem habet, quanta sibi tributa fuit à Christo, cuius est in teris Vicarius; sed credibile est, & rationi consonum, quòd Christus non contulerit Ecclesiæ tam amplam facultatem referuandi sibi omnia peccata mortalia: ergo illa sibi validè referuare non potest. Minor suadet, & quia potestas à Christo communicata Ecclesiæ rationabilis est, cuiusmodi non esset hæc, & quia est in ædificationem fidelium, & non in destructionem, vt esset hæc. Cum quia Papa habet facultatem referuandi sibi peccata non ad proprium libitum, & commodum, sed ad vtilitatem animarum, vt eas retrahat à peccatis: ergo hæc facultas regulanda est à commo fidelium, non à proprio, consequenter, vbi non subest vtilitas fidelium, vt in hac re, neque adest talis facultas. Tum quia Tridentinum *sess. 14. c. 7.* dicit quòd Summi Pontifices pro suprema potestate in Ecclesiâ vniuersa sibi tradita, causas aliquas grauiiores criminum possunt suo peculiari iudicio referuare illis verbis. Vnde merito Pontifices maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesiâ vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiiores suo poterant peculiari iudicio referuare. Dicit enim aliquas & non omnes, vt insinuaret, talem potestatem non posse extendi super omnia mortalia, vt etiam colligitur ex comparatione *grauiores*; ergo non potest omnia sibi referuare. Tum quia lex inutilis, & quæ non est in bonum commune fidelium, non obligat, neque meretur nomen legis, Soto *lib. 1. de iust. q. 1. art. 2.* Valquez *disp. 151. cap. 2. Salas disp. 1. sect. 8. num. 30.* quos pro se citat Bonacin. *part. 1. de legibus, num. 9.* sed talis referuatio esset inutilis, & contra bonum commune, cum præiudicaret omnibus fidelibus, qui cogentur accedere Romam, etiam ex partibus tam longinquis. Tum quia sententia continens errorem intolerabilem nulla est, & nequaquam obligat, cap. *per tuas, 40. de sentent. excommunicat. & ibi gloss. in intolerabilem errorem*: ergo idem

dicendum est de lege referuatiõis omnium mortalium esse nullam, quia est error intolerabilis in præiudicium totius Ecclesiæ.

2. Sed non deseram hic apponere sententiam affirmatiuam defensam à nostro P. Megala in *missi. peregr. tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 5.* vbi sic ait. Pone Summum Pontificem velle omnia simul peccata mortalia sibi referuare, quaeritur, an possit? Et videtur respondendum negatiuè; & ratio est, quia Summus Pontifex non habet potestatem referuandi sibi casus tanquam dominus, & ad proprium commodum; sed tanquam Christi Vicarius ad vtilitatem subditorum: at si omnia simul mortalia peccata à Summo Pontifice referuarentur, maximum inde incommodum, & spirituale damnum subditis eueniret; ergo omnia peccata mortalia simul Summus Pontifex referuare non possit. Pro resolutione tamen respondendum erit cum distinctione; nam duobus modis intelligi potest ly *an possit*, scilicet, an possit sine peccato, & an possit ita, vt valida sit referuatio; & quoad primum modum, respondendum erit negatiuè, tum per nuper dictam rationem; tum etiam, quia vt superior, quicumque sit, possit absque peccato casus aliquos sibi referuare, necessitudo requiritur, vt causa aliqua legitima interueniat, vt assumat Suarez *de pœnit. disp. 29. sect. 4. in princip.* nulla autem legitima causa interuenire potest, vt omnia simul peccata mortalia referuarentur; ergo omnia simul absque peccato referuari non possunt.

3. Quoad secundum verò modum intelligendi ly *an possit*, scilicet an possit ita, vt valida sit referuatio? Respondetur affirmatiuè, & ratio est, nam cum omnis huius spiritualis fori iurisdictione à Summo Pontifice quoad inferiores omnes emanet, & ab illo pendeat, vt *supra* probatum est, ita inferioribus datur, vt possit ab illo limitari & auferri, propterea illi videbitur, in quantum pertinet ad absolutam eius potestatem; nam illam aliis quocumque modo concedendo, nunquam intendit se priuare iure suo, ac ided factum teneret etiam absque conueniente ratione fieret, vt probat idem Suarez *in dicta sect. 4. num. 7.* Nec obstat ratio in contrarium adducta, nam habet locum quoad primum huius distinctionis membrum scilicet, vt fieri non possit absque peccato.

4. Et ided Cardinalis Lugo *de sacram. pœnitent. disp. 20. sect. 3. num. 30.* supponit Summum Pontificem validè referuare posse omnes casus, licet illicitè id faceret, quando nimia referuatio esset potius in destructionem, quam in ædificationem Ecclesiæ: referuatio tamen valeret, quia iurisdictione omnium inferiorum dependet, vt suppono, à Summo Pontifice, quare licet ipse peccaret, non relinquendo ordinem debitum, & potestatem necessariam in inferioribus; validè tamen id faceret.

RESOL. XXXIV.

An Pontifex validè possit sibi referuare absolutio-nem casus, & excommunicationis etiam in articulo mortis.
Ex quo inferitur referuationem factam à Papa absque causa, valere respectu omnium confessorum, non tamen esse licitam. Ex part. 10. tit. 14. & Misc. 4. Res. 7. alias 5.

§. 1. Negatiuè respondet Texeda in *Theologia sup. hoc. norali, tom. 2. lib. 3. tract. 3. numer. 134. lege infra, §. 5.* quia potestas à Christo Domino tradita Pontifici vlt. Res. 42.

Sup. his, & doctrina seq. huius Res. seq. Res. seq. leg. §. vlt. & fig. nãter à veris. Huc infero.

RESOL. XXXIII.
Omnia
peccata mortalia
sibi referuare
non potest.

Sup. his, & doctrina seq. huius Res. seq. Res. seq. leg. §. vlt. & fig. nãter à veris. Huc infero.

Sup. hoc. norali, tom. 2. lib. 3. tract. 3. numer. 134. lege infra, §. 5. quia potestas à Christo Domino tradita Pontifici vlt. Res. 42.

42 Tract. I. De Potestate Pontificis

ad gubernandam suam Ecclesiam, ad expendendosque Christi thesauros, non est ei data in destructionem membrorum eius, sed in eorum aedificationem, & meliorem profectum in via salutis aeternae & perpetuae pacis: at si summus Pontifex posset reservare casus, & excommunicationem in articulo mortis, non dispensaret Ecclesiae thesauros iuxta facultatem sibi traditam: ergo talem potestatem non habet Pontifex. Secundo, quia Pontifici non est tradita potestas à Christo, nisi ad lucrandas animas Fidelium è morte aeterna, & quae traducendas in vitam aeternam, & non ad pendendum eas: at si Pontifex haberet potestatem reservandi sibi excommunicationem, & casus in articulo mortis, talis potestas esset ei tradita ad pendendum eas, cum multi è vita decederent absque remedio salutis, cum ad Pontificem adire non possent: ergo Tertio, quia unusquisque habet ius intrandi in vitam aeternam: ergo in Pontifice non est potestas impediendi istud ius, qualiter impediretur si Pontifex haberet potestatem reservandi sibi casus & censuras in articulo mortis: ergo talis potestas non est ei collata. Tandem quia haec sententia est contra Concilium Tridentinum, sessione 24. cuius verba sunt. Constitutum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, ubi patet, omnes Sacerdotes posse absolvere in articulo mortis à reservatis non solum indirectè, & per accidens, sed per se, & directè: quia omnes Sacerdotes pro illo articulo habent veram Iurisdictionem, etiam si sint simplices. Unde ex his patet responsio, an reservatio facta à Papa absque legitima causa, sit valida respectu omnium Confessorum. Neque Sotus in 4. dist. 18. quest. 2. artic. 5. Ruardus, art. 3. contra Calunium, Vasquez quest. 91. art. 3. dub. 4. & Luylius de Penit. dist. 31. dub. 4. Loquendo de reservatione respectu confessorum ordinariarum, qui ex officio habent iurisdictionem Episcopi, & Parochi; licet esse validam affirmant respectu Sacerdotum, qui non ex officio, sed ex sola delegatione superioris habent iurisdictionem.

2. Sed his non obstantibus, puto sententiam affirmativam esse satis probabilem, quam tuetur Bonacina tom. 3. disputatione 1. q. 22. punct. 2. n. 13. & ante illum Suarez in 3. part. tom. 2. disputatione 3. sectione 3. asserentes, posse Pontificem in articulo mortis reservare excommunicationem, ita ut nullus ab ea absolvi possit, quamvis ita faciendo malefaceret, & non esset immunis à mortali culpa.

Hinc infero reservationem factam à Papa absque legitima causa, valere respectu omnium confessorum, non tamen esse licitam, quia iurisdictionis omnium inferiorum dependet à summo Pontifice: ergo licet ipse peccet, non relinquendo ordinem debitum & potestatem necessariam in inferioribus, validè tamen id faciet. Sic Maior in dist. 17. q. 5. Angelus verb. Casus. Sylvester verb. Confessor. 1. questione 3. Henricus, quodlibet 1. quest. 27. Suarez disp. 20. sect. 4. num. 6. Egidius, dist. 8. dub. 11. Hurtado, dist. 11. difficult. 2. Lugo, dist. 20. n. 20. pag. 462. Ochagavia, tract. 2. q. 1. num. 2. Villalobos tract. 9. difficult. 57. num. ult. licet contra-rium asserant Doctores superius citati. Itaque, ut dixi, circa supradictas difficultates, utraque opinio est probabilis.

RESOL. XXXV.

An Pontifex possit auferre à simplicibus Sacerdotibus iurisdictionem absolvendi à peccatis venialibus.

Idem est dicendum de peccatis mortalibus aliis confessis & rectè absolutis.

Et an ab illo alio inferiori Prelato possit talis iurisdictionis auferri, aut limitari.

Et an simplices Sacerdotes habeant potestatem absolvendi à venialibus, & mortalibus aliis rectè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati.

Et quaritur etiam, à quonam iure hoc habeant, an à iure divino, vel per concessionem Ecclesiae.

Et an summus Pontifex habeat ordinariam iurisdictionem in foro Penitentiae quoad totam Ecclesiam, idque à iure divino cum primum est electus.

Et idem, an possit aliquem delegare pro tota Ecclesia etiam repugnantibus Episcopis & Parochis.

Idem est dicendum de Episcopo pro tota sua Diocesi, repugnantibus Parochis. Ex part. 8. tract. 1. Res. 55.

§. 1. Negativè videtur respondendum, nam Capreolus in 4. dist. 19. q. 2. artic. 3. ad 1. contr. 3. concl. 1. Plaud. quest. 2. art. 1. num. 25. Sotus dist. 18. quest. 4. art. 2. ad 3. Ledesma. part. 2. q. 22. art. 1. Caetan. in summa verb. Absolutio, & tom. 1. opusc. tract. 7. quest. 1. indicant, Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 1. dub. 6. & Kellison. questio 8. artic. 5. dub. 3. contendunt quemlibet Sacerdotem habere hanc totam facultatem de iure ipso divino, ad eoque non posse ab Ecclesia auferri: idem non posse peccata venialia; ac similiter mortalia aliis rectè absoluta, amplius à Ecclesia reservari.

2. Sed Bordonus in consil. Regul. tom. 1. resol. 36. q. 20. n. 57. putat simplices Sacerdotes non habere potestatem absolvendi à venialibus, nisi sint ab Episcopo approbati. Sic enim asserit. Quæro, an pro absolutione venialium præcisè, aut etiam mortalium, aliàs tamen ritè remissorum, & pro articulo mortis requiratur approbatio Episcopi? Respond. Requiritur pro peccatis venialibus, & mortalibus iam ritè etiam remissis; non autem pro articulo mortis. Primum suadet. Tum quia ex illo capite nullus potest audire confessiones personarum sacretuarum, nisi approbatus sit ab Episcopo, aliàs nulla est attentata absolutio, ut de communi Doctorum refert Barbosa ad hoc cap. 15. session. 23. n. 4. Sed tam est confessio facta de venialibus, quam de mortalibus; ergo de vtriusque est ibi sermo. Tum quia ad absolvendum à peccatis etiam venialibus requiritur potestas iurisdictionis, ut constat ex iis; quæ adduxi q. 5. §. Secunda, & bene probat Faber disp. 25. de Penit. n. 73. hanc autem nemo habere potest, nisi ex prævia approbatione Episcopi, ad quam ea consequitur, ut ibidem probavi, §. Quarta, & sine approbatione non tenet absolutio, ex probatis de communi ibidem ex §. Prima, ergo ad absolvendum à venialibus requiritur approbatio. Tum quia bene probat Faber disp. citat. à n. 71. ad 76. Sacerdotem simplicem carere iurisdictione respectu venialium, nisi ad hæc approbetur ab Episcopo, quod enim aliqui aiunt ad tollenda huiusmodi non requiri iurisdictionem; iam oppositum probatum est, aut si requiritur, eam habere à iure divino, hoc non probatur, quia si haberent, multò magis quoad mortalia, cum horum absolutio sacramentalis necessarissima sit, aut ab universali Ecclesiae consuetudine, non reperitur de hac consuetudine textus, auctoritas, Concilium, aut Papa, qui de illa testetur, neque quis illam dedit; ergo ex his inferendum est nullam

Sup. his, & seqq. in Ref. præterita, §. Sed non vsq. in finem dicte Ref. & signanter in dicto §. à verb. Pro resolutione.

Sup hoc fit præ in Ref. §. 1. ad fin. 2. & in aliis §§. & verb. eius annor. & in tom. 1. tr. 4. Ref. 10. &c.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ pro totam.

Sup. hoc inferà in hæc ipse Ref. 5. His igitur, cursum prope finem, & inferà in Ref. 39. §. Nec obstat, si diccas, brevitè ad medium, verè ab ordinario admittis, & in §. Infer. etiam, sed ille eam à principio, & §. eius primæ annor. & in tom. 1. tr. 4. Ref. 10. & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 87. §. 2. post mediù à verb. docet Sacerdotet.